Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31431
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">

Et primo declarat q̃ ipa in spu sancto legitime congregata generale Concilium fa
cens et eccam militantem repraesentans habet aut habet a xpo immediate habet cui cuilibet
cuiuscumq̃ status vel dignitatis et si papalis existat obedire tenetur in omnibus
que pertinent ad fidem et extirpacionem dicti schismatis et ad generalem reformacionem
sancte dei ecclie in capite et in membris.

Alterius vero sequitur tenor in hec verba.

Item declarat q̃ quicumq̃ cuiuscumq̃ status vel dignitatis et si papalis existat qui
mandatis statutis seu ordinacionibus aut preceptis huius sacri Synodi vel
alterius cuiuscumque Synodi generalis legitime congregate sup premissis seu ad ea
pertinentibus factis vel faciendis obedire contumaciter contempserit nisi resipuerit
condigne prius subiacet et debite punitur et sub sidia si
opus fuerit recurrendo.

Premissis igitur et nonnullis aliis Constancien Concilii presertim Capitulo
quod incipit Frequens in priori huius sacri Synodi Basilien Sessionum ratione
decretis attentis preliberata Synodus Basilien decreuit et declarat q̃ ipsa
pro heresum extirpacione ac generali reformacione in capite et in membris ac
pace inter regnos procuranda in spu sto legitime congregata per nullum quemquam
iuste et si papali dignitate presulgeat dissolui aut ad aliud loci transferri
seu ad aliud tempus prorogari debuit aut potuit debet aut potest debebit
aut poterit in futurum absq̃ eiusdem Synodi Basilien deliberacione et consensu.

Item diffinit ordinat atq̃ decreuit q̃ nulla persona cuiuscumq̃ status dignitatis
seu condicionis fuit in eadem Synodo actu consens aut futura eadem incor
porata seu incorporanda a tempore accepti itineris ad ipsum Concilium veni
endo sine fraude et dolo continuari ad recedendum ab eadem a quocumq̃ quamvis
iuste et si papali dignitate presulgeat discrete vel indiscrete in lesionem
et perturbacionem dicte sacre Synodi inuita sine deliberacione et consensu ipius
sacre Synodi requiri mouei compelli alterari euocari ad aliud loci et forma
diri Si aut a quocumq̃ quamvis iuste et si papali dignitate presulgeat
ut premittitur in contrarium attemptatum fuerit seu attemptaretur in futurum
aut per processus penales vel mandata et censuras ecclesiasticas seu trissa
ficatores quorumcumq̃ alias que quascumq̃ penas contumaces ut ab eadem sancta
Synodo recedat vel non accedat ad eandem aut eidem non adhereant
fulminati fuerint fulminentur aut fulminarentur in futurum totum sit irritum et
inane nec eisdem processibus censuris et penis tamq̃ irrite et inanibus
quolibet obediendum fore per dictos processus et censuras quatenus de facto
processisset aut procederent ad omnibus exinde secutis et secuturis in futurum
cassat irritat et annullat et pro cassis irritis quoq̃ nullis hinc de decreuit diffinit
et ordinat